



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt ante horam diei tertiam, non sint celebrandæ missæ. lxiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

nouo & veteri testamento. Hæc à domino Apostoli acciperunt, & nobis tradiderunt: hæc nos docemus, vobis & omnibus absque reprehensione tenere, & docere, quibus agendum est, mandamus.

De eadem re. Cap. LX.

*Ex cõcil.
Laodicēsi
cap. 58.*

QUOD non oporteat in domibus oblationes celebrari, ab episcopis vel presbyteris.

De eadem re. Cap. LXI.

*Ex cõcil.
Aurelia.
cap. 4.*

AVdiuimus quòd quidam laici in domibus propriarum præcipiant presbyteris suis Missas celebrare, & incensum canum discursus, & scortorum greges, sanctitatis mysteria polluantur magis quàm consecrentur. Quapropter præcipimus, vt nullus presbyter extra Ecclesiam præsumat Missam cantare, nisi fortè itineris necessitas exposcat, in territorio aut sub dio, in loco nitido, & longè ab omni immundicia remoto, Missas celebrare permittimus, & hoc nullatenus sine tabula consecrata.

De reparatione Ecclesie. Cap. LXII.

*Ex epist.
Vigily papae.*

DE fabrica verò cuiuslibet Ecclesie, si dirupta fuerit restauranda, & si in eo loco consecrationis solennitas debeat iterari, in quo sanctuaria non fuerint, nihil inedicamus officere, si per eam minima aqua exorcizata iacetur: quia cõsecrationem cuiuslibet Ecclesie, in qua spiritus sancti ara non ponitur, celebritatem tantum scimus esse Missarum. Et ideo si qua sanctorum basilica à fundamentis etiam fuerit innouata, sine aliqua dubitatione, in ea Missarum fuerit celebrata solennitas, totius sanctificationis consecrationis implebitur. Si verò sanctuaria quæ habebat, ablata sunt, rursus eorū repositione, & Missarum solennitate reuerentiam sanctificationis accipiet.

Vt ante horam diei tertiam non sint Missæ celebrandæ. Cap. LXIII.

*Ex epist.
Telesphori
pape,
cap. 6.*

Missarum celebrationes ante horam diei tertiam minime sunt celebrandæ: quia eadem hora & dominus crucifixus, & super apostolos spiritus sanctus descendit, legitur, excepta nocte sanctæ natiuitatis.